



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt

urn:nbn:de:gbv:3:1-555887-p0001-4

DFG



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt

urn:nbn:de:gbv:3:1-555887-p0002-0

DFG

Thesum Juridicarum 15 205
DECADES
S E X
DEO^{QUAS} Secundo 1666, 1.
In Illustri & Celeberrima Acad.
Rintelenſi
P R A E S I D E
**DN. DAVIDE
PESTELIO**

J.V.D. Illustrissimi Comitis Schaumb.
& Lippiaci Consiliario, hac in Acad. Cod. &
Feud. Professore publico Ordin. & Facultatis
suæ seniore, Præceptore ac Patrono suo


ætatèm colendo,

Publicæ disquisitioni sub jicit
GEORGIVS LVDOVICVS
â MÜNCHAVSEN Nobilis
Schaumburgicus.

IN AUDITORIO *ectorum* m
die 13 Novemb.

RINTELII, Typis imprimebat GODOFREDUS
CASPARUS Wächter Typogr. Acad. An. 1666.





Quod fiat Optimo Maximo
Adjuvante

DECAS Prima.

N U P T I I S^{D E}

Thesis I.



N nuptiis jus canonī-
cum potius quām
jus civile spectatur.

II.

Conjugium est u-
nius maris & unius
fœminæ legitima &
indissolubilis con-
junctio, juxta Divinam institutionem mu-
tuo utriusque consensu inita, ad generis hu-
mani propagationem ac mutuum adjuto-
rium. Struv. exerc. 29. §. 19.

A 2

Inter

III.

Inter ascendentēs & descendētes nuptiæ prohibentur in infinitum.

IV.

Essentiale matrimonii est vinculum illud conjugale, quo maritus uxori & uxor marito obligatur ab mutuam affectionem & consuetudinem.

V.

Consensus parentum ad liberorum, qui in illorum sunt potestate, matrimonium de jure civili necessariò requiritur, sed non æquè de jure canonico, nec de jure Divino.

VI.

Quamvis ducens compressam ab alio non erret in persona, statuta tamen consistorialia, quæ ob illum errorem rescissionem matrimonii permittunt, non sint ratione destituta; Sponsalia autem de futuro propter supervenientem corruptionem facile dissolvuntur, & æquè obvitum fornicationis à sponso, quam à sponsâ commissum.

VII.

Benedictio sacerdotalis de jure canonico introducta juxta mores ecclesiarum Evangelic-

207.

gelicarum requiritur, nec eam quis impunè
omittit ; absque cā tamen matrimonium
potest esse perfectum.

IIX.

Matrimonium cum dissentiente in reli-
gione, non tamen hæreticā, contrahere licet,
cum infideli, paganā nimirum, non licet abs-
que concessione speciali illius, cui hoc com-
petit, ad quam tamen non debet esse pronus
ille, qui habet potestatem concedendi. Hæ-
reticam autem definituri non accedimus
pontificiis, verūm amplectimur definitio-
nem, quam Imperator nobis exhibit *in l. i.*
§. I C. de Summ. Trinit.

IX.

Spiritualis cognatio in nostris ecclesiis
non observatur.

X.

Confobrinorum nuptiæ neque jure ci-
vili, neque Divino sunt prohibitæ.

A 3 DE-

DECAS Secunda.

DE TESTAMENTIS.

I.

HÆreditas est successio in universum jus,
quod defunctus tempore mortis ha-
buit. *l. 24. D. de V. S. l. 62. ff. de R. I.*

II.

Testamenta illis, quæ juris civilis sunt,
meritò accensentur, quamvis & apud a-
lias gentes in usu fuerint.

III.

Ea tamen juri naturæ, uti Jcti jus naturæ
accipiunt, ascribēda esse vix poterit defendi.

IV.

Testamentum, uti ex principio *Insti-*
de test: ord: patet, ex eo appellatur, quod
sit testatio mentis; Sed hæc est nominis de-
scriptio; Res ipsa definitur *in l. i. ff. qui test:*
fac: poss: Quod sit voluntatis nostræ justa
sententia, de eo quod quis post mortem
suam fieri velit.

V.

Septem in primis requiruntur ad testa-
menti

7
208

menti scripti solennitatem, 1. Ut testator ultimam suam voluntatem vel propria manu scribat, vel alij dictatam & ab eo scriptam ipse subscribat. 2. Ut septem testes ad subscribendum & subsignandum testator roget. 3. Ut testes rogati de tabulis illius ultimam voluntatem continentibus certiores a testatore vel alio, testatore tamen praesente & approbante, fiant & audiant & 4. ipsum testatorem videant. 5. Ut singuli testes proprio Chirographo, quis & cuius testamentum signent, testentur. 6. Ut singuli signa sua ponant, quamvis non semper propria requirantur. 7. Et rogatio, subscriptio & subsignatio testium uno contextu, nullo actu extra neo interveniente fiant.

VII.

Testamentum in quo filius familias est exhaeredatus, si causae exhaeredationis non fuerint adjectae, est nullum.

VIII.

Si furiosus conficiat testamentum, & in testamento omnia prudenter sint disposita, & ita scripta, ut homini sanæ mentis convenient; Tale Testamentum in ipsa furoris intermissione factum esse presumendum ac valere, statuo.

Legi-

IIX.

Legibus testari prohibentur, qui non
sunt cives Romani.

IX.

Per leg: 8. s. fin. ff. h.t. prohibentur testa-
mentum facere ad mortem damnati; quod
sc: bona illorum publicentur; Verum, cum
publicatio illa bonorum ad mortem da-
mnatorum in nostris provinciis vix obtine-
at, talis hominis Testamentum valere puto.

X.

Quod privilegium Imperator in jure
civili militibus tribuit, etiam hodiernis no-
stris militibus competit.

D E C A S *Tertia.*

S C T O V E L L . E T
M A C E D .

Competit Sc: Velliani beneficium non
solum foeminae intercedenti pro alio,
sed etiam illius fidejussori.

II.

Si foemina & mas pro alio simul inter-
cedant,

cedant, dabitur in solidum actio adversus
marem; fœmina verò erit libera.

III.

Opponitur hoc SCtum Creditori e-
jusque, hæredibus.

IV.

Ignorantia creditoris mulierem inter-
cessisse, beneficium mulieri adimit.

V.

Ratio hujus SCti est, ne mulieres pro-
pter imbecillitatem suam damnum quod-
dam reifamiliariis persentiant; Accedit,
quod pro alio intercedere sit officium virile;
Officia autem virilia mulieribus sunt inter-
dicta.

VI.

In Scto Macedonio continetur, ne il-
lis, qui filiis familias pecuniam mutuo dc-
dederunt, actio competit.

VII.

Adversus illum allegatur hoc SCtum,
qui filiofam: pecuniam mutuo dedit.

IX.

Uti potest hoc SCto, I. Is eave, qui
B quæve

quæve in potestate patriâ existens mutuo
accepit pecuniam, 2. fidejussor.

IX.

Tutus quoque in conscientia est qui u-
titur hoc senatus consulto Macedoniano,
etiam si ibi maneat naturalis obligatio.

X.

Si verò filius fam : ex bonis adventi-
tiis solvat creditori pecuniam debitam,
pater illam vindicare, & consumtam condi-
cere potest.

DECAS Quarta.

DE

M O D E R A M I N E I N C V L P A T Æ T V T E L Æ, S E V H O M I C I D I O N E C E S S A R I O.

I.

C aroli V. const: Crim: cap. 140. in quo
ob defensionem famæ mortem inferre
Imperator concedit, est limitandum, & ac-
cipiendum de casu , ubi existimationis di-
spendium est metuendum , nec aliâ ratione
laboranti famæ est succurendum.

Pro

II.

Pro solâ rerum defensione nulli violento bonorum raptori simpliciter atque, absolutè vita adimi potest.

III.

Qui verbis saltim offensus statim ad manus & ferrum progreditur, circa modum peccat, qui in homicidio necessario est observandus.

IV.

Ad modum istum etiam pertinet ut defendendi necessitas sit præsens, & ut morte imminens mortis periculum amoycatur.

V.

Quod verò ad modum istum observandum similitudo (ut nonnulli statuunt) armorum requiratur, mihi vix quisquam persuadebit.

VI.

Neque primum aggressoris iactum expectare necesse est.

VII.

Is, qui, eum fugere potuisset, non fugit, sed insultantem exspectat, eumque interficit, moderamen inculpatæ tutelæ observasse, minime est censendus.

B 2

In

IIX.

In homicidio hoc necessario observan-
dum quoque est tempus, ut nimirum defen-
si fiat offensione adhuc durante ; Ex inter-
vallo enim si fiat , vindicta potius quam
defensio erit dicenda.

IX.

Qui defendendo resistit,& aggressorem
interficit, de jure saxonico tenetur ad mul-
ctam unius Wergeldii; *Vid: Matth: Coler: de-
cis: 156. n. 5.*

X.

In probatione principii, quis nimirum
autor fuerit rixæ , & provocans ; totius ne-
cessariæ defensionis cardo consistit.

DECAS Quinta.

^{DE} **PRIVATIS DELICTIS.**

I.

Privatum delictum est delictum quod
non principaliter Statum Reip. sed priva-
tos lædens vindicatur, ab iis solis quorum in-
terest,

II.

Privatorum delictorum quatuor potis-
simum

13

277.

simum sunt species : Furtum, rapina Damnum, injuria. **III.**

Ex plerisque, privatis delictis tam criminaliter quam civiliter agere possumus.

IV.

Furtum est fraudulosa contrectatio, vel ipsius rei, vel etiam usus possessionis eis, quod lege naturali prohibitum est.

V.

Etiam rei propriæ furtum fieri potest.

VI.

Contra furis hæredem datur actio in solidum. **VII.**

Exod: 22. v. i. pœna furti statuitur quintuplum reddere ; Hodie verò & quidem justè, ex Constitutione Carolinâ fures suspendii pœnâ afficiuntur. P. H. D. art. 157. idque, propter criminis illius frequentiam, arg. leg. 16. §. fin. ff. de pœn.

IX.

Rupto laqueo, in terram incolumis decidens fur non est eo ipso liberatus.

X.

Rapina est rei alienæ fraudulosa & vio-

lente contrectatio ; Damnum autem est delictum quo quis injuriā servū vel animal alterius occidit, vulneravit & res ejus rapit.

X.

Injuria est delictum in alterius contumeliam, dolo malo admissum, quo vel illius corpus, vel dignitas, vel fama læditur.

DECAS Sexta.

EXHIBET THESES MISCELLANEAS.

I.

Dispensatio non tollit legem, sed legis effectum.

II.

Cruentatio occisi verum occisorem non indicat.

III.

Proba aquaria nullo modo probat innatantes aquæ esse veneficas.

IV.

κυνηγία jure civili est licita ac permissa.

Non

V.

Non solum Imperator, sed etiam status Imperii salvum conductum possunt concedere.

VI.

Polygamia in bene constitutâ republicâ tolerari potest, quamvis Christianam fidem profitens summus princeps, vel etiam extra ecclesiam Christianam constitutus, non facile illam toleraturus est.

VII.

Servilem verberationem & malam tractationem mulierum, quæ apud Moschos insignis amoris insigne est indicium, principes non debent admittere.

IX.

Fœminæ ab omnibus officiis publicis remotæ sunt de jure civili, si in verò lex & mos patrius id admittat, possunt ad Reip. gubernacula admitti.

X.

Judex regulariter secundum acta ex probata sententiam ferre tenetur.

X.

Jus publicum pertinet ad jurisprudentialiam.

CONO-

CORONIDIS LOCO.

Nobiles alii dicuntur nobiles ex nobilibus, alii nobiles ex ignobilibus & alii ignobiles ex nobilibus. Nobiles ex nobilibus sunt illi, qui virtute claris & antiquis orti majoribus, vestigia & vitam illorum sequuntur. Nobiles ex ignobilibus, qui tenuioris sortis parentibus nati, nobilitatem ipsi sibi virtute (non verò pecunia) pepererunt. Ignobiles ex nobilibus, qui à majorum virtute degenerantes improbi evaserunt. Errant itaque & oppido errant, qui nobilitatem ex solis imaginibus aestimant ; Etiam si enim tua insignia vel à Christo nato possis monstrare nec sis virtute nobilis, es profecto vilior plebeio. Quippe virtus, non solum genus te facit nobilem,

*Nam Stemmatu quid faciunt, quid prodest Pontice longo
Sanguine censeri ? Sola est atque unica virtus
Nobilitus.*




A tres Noble & tres docte Sr.

Monsieur le Respondant, mon tres cher & tres honoré amy.

*AV sortir d'un yuer plein de triste froidure,
On void ja le juriste fourni de verdure
De vos muses, (cher amy) la seule concorde
Tous vos compatriots en tirent la corde,
Rien n'est (dy je) à vostre esprit impossible,
Est la moindre de vos theses invincible
Vos merites & los se mettants d'une bande,
Honneurs vous fourniront à vostre demande.*

Cecy souhaite de tonte son ame Vostre tres humble Serviteur.


Henry Echbrecht de Grone.



X2615931

b77

Farbkarte #13



dicarum 15205
DES
X
cundo
rima Acad.
E
I D E
IO
itis Schaumb.
n Acad. Cod. &
lin. & Facultatis
Patrono suo
OVICVS
Nobilis
ctorum m
at GODOFREDUS
cad. An. 1666.